



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris Angelici Ordinis Prædicatorum

Svpplementvm Tertiæ Partis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romæ, 1619

De qualitate confessionis. Quæstio 9.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38817

libet peccato mortali septennis pœnitentia: sed hæc est quasi quædam regula communis, vt in pluribus competens, quam tamen oportet omittere, consideratis diuersis peccatorum & pœnitentiũ circumstantijs.

Ad tertium dicendum, quòd Episcopus vel sacerdos cum maiori periculo suo & aliorum peccat: & ideo sollicitius retrahunt eum Canones a peccato, quam alios, maiorem pœnam iniungendo, secundum quod est in remedium: quamuis quandoque non debeat tanta ex debito. Vnde & in purgatorio non tanta ab eo exigitur.

Ad quartum dicendum, quòd pœna illa est intelligenda, quando nolente sacerdote hoc accidit. Si enim sponte effunderet, multo grauiori pœna dignus esset.

QVÆST. IX.

De qualitate confessionis, in quatuor articulos diuisa.

Deinde considerandum est de qualitate confessionis.

Cõ. Tri.
sess. 14.
c. 5.

Circa quod quærentur quatuor.

Primo, vtrum confessio possit esse informis?

Secundo, vtrum oporteat confessionem esse integram?

Tertio, vtrum possit aliquis per alium, vel per scriptum confiteri?

Quarto, vtrum illæ conditiones, quæ à magistris assignantur, ad confessionem requirantur?

ARTIC. I.

Vtrum confessio possit esse informis?

Ad primum sic proceditur. Videtur, quòd confessio non possit esse informis. Dicitur enim, *Tho. 4. 2. c. 17.* A mortuo, quasi nihil, perit confessio. *17. 9. 3. ar. 4. 9. 2. c. seq.* id ille qui non habet charitatem, est mortuus, quia non est anima viva. Ergo absque charitate non potest esse confessio.

35
Tho. 4. 2.
17. 9. 3.
ar. 4. 9. 2.
c. seq.

2 Præterea, Confessio diuiditur contra contritionem & satisfactionem. Sed contritio & satisfactio sunt Supplementum.

G tista

tisfactio numquam possunt extra charitatem
Ergo nec confessio.

¶ 3 Præterea, In confessione oportet cor
cordi concordet: quia hoc ipsum nomen con-
fessionis requirit. Sed ille qui adhuc manet in
peccati, si confitetur, non habet cor ori con-
fessionis, quia corde peccatum tenet, quod ore damna-
talis non confitetur.

SED contra, Quilibet tenetur ad confessio-
nem mortalium. Sed si aliquis semel confessus, et
in mortali existens, non tenetur ulterius ad
confessionem eadem peccata: quia cum nullus sciat
charitatem habere, nullus sciret se confessum.
Ergo non est de necessitate confessionis,
charitate formata.

RESPONDEO dicendum, quod confessio
actus virtutis, & pars sacramenti. Secundum
quod est actus virtutis, est actus meritorius
& sic confessio non valet sine charitate,
primum merendi. Sed secundum quod
sacramenti, sic ordinat confitentem ad
rem, qui habet claves Ecclesie, qui per
confessionem, conscientiam confitentis cognoscit:
dum hoc confessio potest esse etiam in eo,
est contritus, quia potest peccata sua pandere
doti, & clauibus Ecclesie se subijcere: &
tunc non percipiat absolutionis fructum, tam
dente fisione percipere incipiet: sicut
alij sacramenti est. Vnde non tenetur ad
confessionem, qui fides accedit, sed tenetur
dum fisionem suam confiteri.

Ad primum ergo dicendum, quod auctori-
tatem intelligenda est quantum ad fructum con-
fessionis percipiendum, quem nullus extra charita-
tem percipit.

Ad secundum dicendum, quod contritio
satisfactio sunt Deo, sed confessio fit homini
de ratione contritionis & satisfactionis

homo sit Deo per charitatem vnitus, non autem de ratione confessionis.

Ad tertium dicendum, quòd ille qui peccata quæ habet, narrat, vere loquitur: & sic cor concordat voci vel verbis, quantum ad substantiam confessionis, quamuis discordet a confessionis fine.

ARTIC. II.

Virum oporteat confessionem esse integram?

Ad secundum sic proceditur. Videtur, quòd non oporteat confessionem esse integram: vt scilicet omnia peccata vni sacerdoti confiteatur aliquis. Quia erubescencia facit ad diminutionem pœnæ. Sed quanto pluribus sacerdotibus quis confitetur, tanto maiorem erubescenciam patitur. Ergo fructuosior est confessio, si pluribus sacerdotibus diuidatur.

¶ 2 Præterea, Confessio ad hoc necessaria est in penitentia, vt pœna secundum arbitrium sacerdotis, peccato taxetur. Sed sufficiens pœna potest imponi a diuersis sacerdotibus de diuersis peccatis. Ergo non oportet vni sacerdoti omnia peccata confiteri.

¶ 3 Præterea, Potest contingere, quòd post confessionem factam & satisfactionem perfectam, recordetur quis alicuius peccati mortalis, quod dum confitebatur, in memoria non habebat; & tunc copiam proprii sacerdotis, cui primo confessus fuerat, habere non poterit. Ergo illud solum peccatum poterit alteri confiteri: & sic diuersa peccata diuersis sacerdotibus confitebitur.

¶ 4 Præterea, Sacerdoti non debet fieri confessio de peccatis nisi propter absolutionem. Sed quandoque sacerdos, qui confessionem audit, potest de quibusdam peccatis absoluere, non de omnibus. Ergo ad minus in tali casu non oportet quòd confessio sit integra.

SED contra, Hypocrisis est impedimentum penitentia. Sed diuidere confessionem ad hypocrisim

G 2 sum

36

c. omnis
de pœnit.
et remiss.

**in li. de vera & falsa pœnit. c. 15. a med. 10. 4. l. 4. S. F.* sim pertinet: vt Augustinus dicit *. Ergo confessio debet esse integra.

¶ Præterea, Confessio est pœnitentiæ pars: pœnitentia debet esse integra, vt in 4. Sent. dicitur. Ergo & confessio.

RESPONDEO dicendum, quòd in medicinali oportet quòd medicus non solum vnum, contra quem medicinam dare debet, curescat, sed etiam vniuersaliter totam habitudinem ipsius infirmi: eo quòd vnus morbus ex adiutorio alterius aggrauatur; & medicina quæ vni competeret, alteri nocumentum præstaret. Et similiter est in peccatis: quia vnum aggrauatur ex actione alterius, & illud quod vni peccato est veniens medicina, alteri incentiuum præstaret: quandoque aliquis contrarijs peccatis infectus, vt Gregor. in Pastoral. docet. Et idè de necessitate confessionis est, quòd homo omnia peccata confiteatur, quæ in memoria habet: quòd si non est confessio, sed confessionis simulatio.

Ad primum ergo dicendum, quòd etsi erubescencia sit multiplicior, quando diuidit diuersa diuersis: tamen omnes simul non sunt ita erubescentiæ, sicut illa vna, qua quis omnia peccata simul confitetur: quia vnum peccatum consideratum, non ita demonstrat malam actionem peccantis, sicut quando est cum alijs consideratum: quia in vnum peccatum quandoque ex ignorantia, vel infirmitate. Sed multitudo peccatorum demonstrat malitiam peccantis, vel magnam corruptionem eiusdem.

Ad secundum dicendum, quòd pœnitentiæ a sacerdotibus imposita non esset sufficiens: si liber consideraret tantum vnum peccatum, & non grauitatem ipsius quam habet ex adiutorio alterius: & quandoque pœnitentiæ, quæ contra peccatum daretur, esset promotiua alterius. Et præterea sacerdos confessionem audiens

Dei confessio, sicut contritionis occurrunt nisi qui confiteatur.

Ad tertium quando quis erubescit iterum habet cognoscit innotescit peccatum actione alio confessus est, habent.

quantitate quoscit: explicitè

alia multa

Ad quartum non possit

non possit

intens ei

peccatum

ad sciendum

ad sciendum

ad sciendum

ad sciendum

ad sciendum

ad sciendum

ad sciendum

ad sciendum

ad sciendum

ad sciendum

ad sciendum

ad sciendum

ad sciendum

ad sciendum

ad sciendum

ad sciendum

ad sciendum

ad sciendum

ad sciendum

ad sciendum

ad sciendum

ad sciendum

ad sciendum

ad sciendum

ad sciendum

ad sciendum

ad sciendum

ad sciendum

ad sciendum

ad sciendum

ad sciendum

ad sciendum

ad sciendum

ad sciendum

ad sciendum

ad sciendum

ad sciendum

ad sciendum

ad sciendum

ad sciendum

ad sciendum

ad sciendum

ad sciendum

ad sciendum

ad sciendum

ad sciendum

ad sciendum

ad sciendum

ad sciendum

ad sciendum

ad sciendum

ad sciendum

ad sciendum

ad sciendum

ad sciendum

ad sciendum

ad sciendum

ad sciendum

ad sciendum

ad sciendum

ad sciendum

ad sciendum

ad sciendum

Dei gerit: & idèd debet ei fieri hoc modo confessio, sicut fit contritio Deo. Vnde sicut non esset contritio, nisi quis de omnibus peccatis, quæ memoriæ occurrunt contereretur: ita non esset confessio, nisi quis de omnibus, quæ memoriæ occurrerint, confiteatur.

Ad tertium dicendum, quòd quidam dicunt, quòd quando aliquis recordatur eorum, quæ prius oblitus erat, debet etiam ea quæ prius confessus fuit, iterum confiteri: & præcipue si non potest eundem habere, cui ante confessus fuerat, qui omnia cognoscit: vt totius culpæ quantitas vni sacerdoti innotescat. Sed hoc non videtur necessarium: quia peccatum habet quantitatem & ex seipso, & ex adiunctione alterius: peccatorum autem, de quibus confessus est, manifestauit quantitatem, quam ex seipsis de se habent. Ad hoc autem, quòd sacerdos vtramque quantitatem huius peccati, cuius fuerat oblitus, cognoscat: sufficit quòd hoc peccatum confitens dicat explicitè, & alia in generali: dicendo, quòd cum aliis multa confiteretur, huius oblitus fuit.

Ad quartum dicendum, quòd etiam si sacerdos non possit de omnibus absoluere, tamen tenetur peccatis ei omnia confiteri, vt quantitatem totius culpæ cognoscat, & de illis de quibus non potest absolute, ad superiorem remittat.

ARTIC. III.

Vtrum possit quis per alium vel per scriptum confiteri?

37

Ad tertium sic proceditur. Videtur, quòd possit quis per alium, vel per scriptum confiteri. Quia confessio ad hoc necessaria est, vt conscientia peccatis: quæ sacerdoti pandatur. Sed homo potest per alium, vel per scriptum suam conscientiam sacerdoti manifestare. Ergo sufficit per alium, vel per scriptum confiteri.

2 Præterea, Quidam non intelliguntur à propriis sacerdotibus propter linguæ diuersitatem: &

G 3 tales

tales non possunt nisi per alios confiteri. Ergo est de necessitate sacramenti, quod per scriptum confiteatur: & ita videtur, quod si per alium confessus fuerit qualitercūque, sufficiat ei ad salutem.

¶ 3 Præterea, De necessitate sacramenti est homo proprio sacerdoti confiteatur, ut ex dicto art. 2. Sed aliquando proprius sacerdos est absens, cui non potest pœnitens propria voce loqui: tunc autem per scriptum ei suam conscientiam manifestare. Ergo videtur, quod per scriptum ei suam conscientiam transmittere debeat.

q̄ preced.
art. 5.

SED contra, Homo ita tenetur ad confessionem peccatorum, sicut ad confessionem fidei. Sed confessio fidei ore est facienda, ut patet Rom. 10. Confessio peccatorum.

¶ Præterea, Qui per seipsum peccauit, per seipsum debet pœnitere. Sed confessio est pœnitentia. Ergo pœnitens debet confiteri propria voce.

RESPONDEO dicendum, quod confessio non solum est actus virtutis, sed etiam est pars sacramenti. Quamuis autem ad eam, secundum quod est actus virtutis, sufficeret qualitercūque fieret, et non esset tanta difficultas in vno modo sicut in alio. Item secundum quod est pars sacramenti, habet determinatum actum, sicut & alia sacramenta habent determinatam materiam. Et sicut in baptismo significandam interiorem abluionem, assumitur elementum, cuius est maximus vsus in abluendo, in actu sacramenti confessionis, ad manifestandum peccata, assumitur illud elementum, quo maxime oportet manifestare, scilicet proprium verbum. Et sicut in aliis sacramentis, sicut in unctione, in quibus modi sunt inducti in supplementum istius elementum.

Ad primum ergo dicendum, quod sicut in aliis sacramentis non sufficit qualitercūque abluere, sed elementum determinatum: ita nec in confessione sufficit qualitercūque peccata manifestare, sed oportet, quod per actum determinatum manifestentur.

Ad secundum dicendum, quod in eo qui vsus linguae non habet, sicut est mutus, vel qui est alterius linguae, sufficit quod per scriptum, aut per nuntium, aut per interpretem confiteatur: quia non exigitur ab homine plus quam possit: quamuis homo non possit vel debeat Baptismum accipere, nisi in aqua, quae est omnino ab exteriori, & nobis ab alio exhibetur. Sed actus confessionis est ab intra & a nobis: & ideo quando non possumus vno modo, debemus, secundum quod possumus, confiteri.

Ad tertium dicendum, quod in absentia proprii sacerdotis etiam potest laico fieri confessio: & ideo non oportet quod per scriptum fiat: quia plus pertinet ad necessitatem confessionis actus, quam ille, cui fit confessio.

ARTIC. IV.

Utrum sexdecim conditiones assignatae requirantur ad confessionem?

38

Ad quartum sic proceditur. Videtur, quod sexdecim illae conditiones, quae a magistris assignantur, his versibus contentae, non requirantur ad confessionem.

Sit simplex, humilis confessio, pura, fidelis, Atque frequens, nuda, & discreta, libens, verecunda, Inepta, secreta, & lachrymabilis, accelerata, Fortis, & accusans, & sit parere parata. Fides enim & simplicitas, & fortitudo sunt per se virtutes. Ergo non debent poni per se conditiones confessionis.

¶ 2 Præterea, Purum est, quod non habet permissivum: similiter simplex compositionem & remissionem aufert. Ergo superflue alterutrum ponitur.

¶ 3 Præterea, Peccatum semel tantum commissum nullus tenetur confiteri nisi semel. Ergo si homo peccatum non iterat, non oportet quod sit frequens confessio.

¶ 4 Præterea, Confessio ad satisfactionem ordinatur.

G 4 natur.

natur. Sed satisfactio quandoque est publica, & confessio non semper debet esse secreta.

¶ 5 Præterea, Illud quod non est in potestate nostra, non requiritur à nobis. Sed lachrymas terere, non est in potestate nostra. Ergo non requiritur à confiteente.

SED contra est Magistrorum assignatio.

In arg. 1

RESPONDEO dicendum, quòd dictarum conditionum quædam sunt de necessitate confessionis, quædam de bene esse ipsius. Eæ autem quæ sunt de necessitate confessionis, vel competunt ei, secundum quod est actus virtutis, vel secundum quod est sacramenti. Si primo modo; aut ratione virtutis generis; aut ratione specialis virtutis, cuius est actus; aut ex ipsa ratione actus. Virtutis autem in genere sunt quatuor conditiones, vt in 2. Ethicor. * 2. 2. 4.

** 2. 2. 4.*

Prima est, vt aliquis sit sciens: & quantum ad hoc dicitur, quòd confessio debeat esse discreta, vt in actu omnis virtutis prudentia requiritur: est autem hæc discretio, vt maiora peccata maiori pondere confiteatur. Secunda conditio est eligens: quia actus virtutum debent esse voluntarij: & quantum ad hoc dicitur, libens. Tercia conditio est, vt propter hoc, scilicet debitum finem, operetur: & quantum ad hoc dicitur, pura, vt scilicet recta sit intentio. Quarta est, vt mobiliter operetur: & quantum ad hoc dicitur, debeat esse fortis, vt scilicet propter verecundiam non dimittatur. Est autem confessio actus penitentia, quæ quidem primo initium sumit ex horrore turpitudinis peccati: & quantum ad hoc confessio debet esse verecunda, vt scilicet non sit de peccatis, propter aliquam seculi vanitatem. Secundo, progreditur ad dolorem de peccato commisso: & quantum ad hoc dicitur, debeat esse lachrymabilis. Tertio, in abiectione peccati minatur: & quantum ad hoc debet esse humiliter se miserum confiteatur & infirmum. Ex ipsa

ratione huiusmodi actus, habet confessio, quod sit manifestatiua: quæ quidē manifestatio, per quatuor impedi potest. Primo, per fallitatem: & quantum ad hoc dicitur quod debeat esse fidelis, id est, vera. Secundo, per obscuritatem verborum: & contra hoc dicitur nuda, ut non inuoluat obscuritatem verborum. Tertio, per verborum multiplicationē: & propter hoc dicitur, simplex, ut scilicet non recitet in confessione, nisi quod ad quantitatem peccati pertinet. Quarto, per subtractionem, ut scilicet non subtrahatur aliquid de his quæ manifestanda sunt: & contra hoc dicitur, integra. Secundum autem quod confessio est pars sacramenti, sic concernit iudicium sacerdotis, qui est minister sacramenti. Unde oportet quod sit accusans ex parte contentis: parere parata, per comparationem ad sacerdotem: secreta, quantum ad conditionem fori, in quo de occultis conscientie agitur. Sed de bene esse confessionis est, quod sit frequens, & quod sit accelerata, ut scilicet statim confiteatur.

Ad primum ergo dicendum, quod non est inconueniens, quod conditio vnus virtutis in actu alterius virtutis inueniatur, qui ab ipsa imperatur: vel quia medium, quod est vnus virtutis principaliter, etiam alia virtutes per participationem habent.

Ad secundum dicendum, quod hæc conditio, pura, intentionis excludit perversitatem, à qua homo mutatur: sed, simplex, alieni admistionem excludit.

Ad tertium dicendum, quod hoc non est de necessitate confessionis, sed de bene esse.

Ad quartum dicendum, quod propter scandalum aliorum, qui possunt ex peccatis auditis ad malum inclinari, non debet confessio fieri in publico, sed in occulto: ex pœna autem satisfactoria non scandalizatur ita aliquis: quia quandoque pro paruo, vel nullo peccato, similia opera satisfactoria sunt.

Ad quintum dicendum, quod intelligendum est de lachrymis mentis.

